

Offertorium (Ps. 68, 21-22)

Impropérium exspectavit cor meum, et miseriam: et sustinui qui simul mecum contristaretur, et non fuit: consolantem me quæsivi, et non inveni: et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.

Secreta

Concede, quæsumus, Domine: ut oculis tuæ maiestatis munus oblatum, et gratiam nobis devotionis obtineat, et effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominum nostrum...

Communio (Matth. 26, 42)

Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum; fiat voluntas tua.

Postcommunio

Per huius, Domine, operationem mysterii: et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum...

Offertorio

L'insulto ha spezzato il mio cuore e venni meno; speravo compassione ma invano; consolatori ma non ne ho trovati. Come nutrimento mi diedero fiele, e nella mia sete mi diedero da bere aceto.

Orazione sulle offerte

Concedi, te ne preghiamo, o Signore, che l'offerta presentata alla tua maestà ci ottenga la grazia della devozione e consegua l'effetto della beatitudine eterna. Per il nostro Signore...

Ant. alla Comunione

Padre, se non è possibile che questo calice passi senza che io lo beva, sia fatta la tua volontà.

Orazione

Mediante l'opera di questo mistero, o Signore siano purgati i nostri vizi, ed esauditi i giusti desideri. Per il nostro Signore...



DOMINICA II PASSIONIS SEU IN PALMIS

De Benedictione ramorum

Antiphona (Matth. 21,9)

Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini. Rex Israël: Hosanna in excelsis.

Oratio

Benedic, quæsumus, Domine, hos palmarum (seu olivarum aut aliarum arborum) ramos: et præsta; ut, quod populus tuus in tui venerationem

Antifona

Osanna al Figlio di Davide! Benedetto Colui che viene nel nome del Signore! O Re di Israele: Osanna nel più alto dei cieli.

Orazione

Benedici, Te ne preghiamo, o Signore, questi rami di palma (o di ulivo, o di altri alberi), e concedi che il tuo popolo realizzi spiritualmente con somma



Suore Francescane dell'Immacolata

Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)

hodierno die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando et opus misericordiae summopere diligendo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

De distributione ramorum

I Antiphona

Pueri Hebræorum, portantes ramos olivarum, obviaverunt Domino, clamantes et dicentes: «Hosanna in excelsis».

Psalmus (23, 1-2 et 7-10)

Domini est terra et quæ replent eam, * orbis terrarum et qui habitant in eo. Nam ipse super maria fundavit eum, * et super flumina firmavit eum.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Attollite, portæ, capita vestra, et attollite vos, fores antiquæ, * ut ingrediatur rex gloriæ! «Quis est iste rex gloriæ?» * «Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio».

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Attollite, portæ, capita vestra, et attollite vos, fores antiquæ, * ut ingrediatur rex gloriæ! «Quis est iste rex gloriæ?» * «Dominus exercituum: ipse est rex gloriæ».

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, *

devozione ciò che oggi compie in modo esteriore in tuo onore, trionfando sul nemico e corrispondendo con grande amore all'opera della tua misericordia. Per Cristo Nostro Signore. Così sia.

I Antifona

I fanciulli ebrei, agitando rami d'olivo, andarono incontro al Signore acclamando: «Osanna nel più alto dei cieli».

Salmo

Del Signore è la terra e quanto contiene, il mondo e coloro che lo abitano. Poiché Egli sopra i mari l'ha fondato e sui fiumi l'ha stabilito.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Alzate, o porte, i vostri frontali, e fatevi più alte, o antiche aperture, perché deve entrare il Re della gloria! «Chi è questo Re della gloria?» «Il Signore forte e potente in battaglia».

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Alzate, o porte, i vostri frontali, e fatevi più alte, o antiche aperture, perché deve entrare il Re della gloria! «Chi è questo Re della gloria?» «Il Signore degli eserciti: è Lui il Re della gloria».

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Gloria al Padre e al Figlio e allo Spirito Santo. Come era nel principio e ora e sempre nei se-

posuit arundini, et dabat ei bibere. Céteri vero dicebant: S. Sine, videamus, an véniat Elias liberans eum. C. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. (*Hic genuflectitur*) Et ecce, velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum: et terra mota est, et petrae scissae sunt, et monumenta aperta sunt: et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu et his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: S. Vere Filius Dei erat iste. C. Erant autem ibi mulieres multae a longe, quæ secutae erant Iesum a Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Iacobi, et Ioseph mater, et mater filiorum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathea, nomine Ioseph, qui et ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph involvit illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, et abiit.

canna e così gli dava da bere. Gli altri dicevano: S. «Lascia, vediamo se viene Elia a salvarlo!». C. E Gesù, emesso un alto grido, spirò. (*qui ci si inginocchia e si fa una breve pausa di silenzio*) Ed ecco il velo del tempio si squarciò in due da cima a fondo, la terra si scosse, le rocce si spezzarono, i sepolcri si aprirono e molti corpi di santi morti risuscitarono. E uscendo dai sepolcri, dopo la sua risurrezione, entrarono nella città santa e apparvero a molti. Il centurione e quelli che con lui facevano la guardia a Gesù, sentito il terremoto e visto quel che succedeva, furono presi da grande timore e dicevano: S. «Davvero costui era Figlio di Dio!». C. C'erano anche là molte donne che stavano a osservare da lontano; esse avevano seguito Gesù dalla Galilea per servirlo. Tra costoro Maria di Màgdala, Maria madre di Giacomo e di Giuseppe, e la madre dei figli di Zebedèo. Venuta la sera giunse un uomo ricco di Arimatèa, chiamato Giuseppe, il quale era diventato anche lui discepolo di Gesù. Egli andò da Pilato e gli chiese il corpo di Gesù. Allora Pilato ordinò che gli fosse consegnato. Giuseppe, preso il corpo di Gesù, lo avvolse in un candido lenzuolo e lo depose nella sua tomba nuova, che si era fatta scavare nella roccia; rotolata poi una gran pietra sulla porta del sepolcro, se ne andò.

fixerunt eum, divisérunt vestimenta eius, sortem mittentes: ut implerétur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, servabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris et unus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua et dicentes: **S.** Vah, qui destruis templum Dei et tri-duo illud reedificas: salva te metipsum. Si Filius Dei es, descende de cruce. **C.** Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus, dicebant: **S.** Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere: si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, et credimus ei: confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia Filius Dei sum. **C.** Idipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna, dicens: ✠ Eli, Eli, lamma sabactani? **C.** Hoc est: ✠ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? **C.** Quidam autem illic stantes et audientes dicebant: **S.** Eliam vocat iste. **C.** Er continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto et im-

detto Gòlgota, che significa luogo del cranio, gli diedero da bere vino mescolato con fiele; ma egli, assaggiatolo, non ne volle bere. Dopo averlo quindi crocifisso, si spartirono le sue vesti tirandole a sorte. E sedutisi, gli facevano la guardia. Al di sopra del suo capo, posero la motivazione scritta della sua condanna: "Questi è Gesù, il re dei Giudei". Insieme con lui furono crocifissi due ladroni, uno a destra e uno a sinistra. E quelli che passavano di là lo insultavano scuotendo il capo e dicendo: **S.** «Tu che distruggi il tempio e lo ricostruisci in tre giorni, salva te stesso! Se tu sei Figlio di Dio, scendi dalla croce!». **C.** Anche i sommi sacerdoti con gli scribi e gli anziani lo schernivano: **S.** «Ha salvato gli altri, non può salvare se stesso. È il re d'Israele, scenda ora dalla croce e gli creeremo. Ha confidato in Dio; lo liberi lui ora, se gli vuol bene. Ha detto infatti: "Sono Figlio di Dio!"». **C.** Anche i ladroni crocifissi con lui lo oltraggiavano allo stesso modo. Da mezzogiorno fino alle tre del pomeriggio si fece buio su tutta la terra. Verso le tre, Gesù gridò a gran voce: ✠ «Eli, Eli, lemà sabactani?», **C.** che significa: ✠ «Dio mio, Dio mio, perché mi hai abbandonato?». **C.** Udendo questo, alcuni dei presenti dicevano: **S.** «Costui chiama Elia». **C.** E subito uno di loro corse a prendere una spugna e, imbevutala di aceto, la fissò su una

et in secula saeculorum. Amen.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

II Antifona

Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant in via, et clamabant dicentes: «Hosanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini».

Psalmus 46

Omnes populi, plaudite manibus, * exsultate Deo voce lætitiæ, quoniam Dominus excelsus, terribilis, * rex magnus super omnem terram.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Subicit populos nobis * et nationes pedibus nostris. Eligit nobis hereditatem nostram, * gloriam Iacob, quem diligit.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Ascendit Deus cum exultatione, * Dominus cum voce tubæ. Psallite Deo, psallite; * psallite regi nostro, psallite.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Quoniam rex omnis terræ est Deus, * psallite hymnum. Deus regnat super nationes, * Deus sedet super solium sanctum suum.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

Principes populorum congregati sunt * cum populo Dei Abraham. Nam Dei sunt proceres terræ: * excelsus est valde.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

coli dei seculi. Così sia.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

II Antifona

I fanciulli ebrei stendevano i mantelli sulla strada e acclamavano: «Osanna al Figlio di Davide! Benedetto Colui che viene nel nome del Signore!».

Salmo

Popoli tutti battete le mani, acclamate a Dio con voci di letizia, poiché il Signore, l'Altissimo, è terribile, sommo re su tutta la terra.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

I popoli a noi sottomette, pone le nazioni sotto i nostri piedi, per noi ha scelto la nostra eredità, la gloria di Giacobbe che Egli ama.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Tra voci di giubilo ascende il Signore, ascende il Signore a suono di tromba; inneggiate a Dio, a Lui inneggiate, inneggiate al re nostro, a Lui inneggiate.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Poiché re di tutta la terra è il Signore, a Lui cantate un inno. Iddio regna sopra le nazioni, Iddio è assiso sul suo santo trono.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

I capi dei popoli si sono riuniti con il popolo del Dio di Abrahamo. Del Signore sono i potenti della terra. Egli è l'Altissimo.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto, Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in secula sæculorum. Amen.

Et repetitur antiphona: *Pueri...*

De lectione Evangelica

Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum 21, 1-9

In illo tempore: Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliveti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: *Ite in castellum, quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea: solvite et adducite mihi: et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filiae Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam et pullum, filium subiugalis. Euntes autem, discipuli fecerunt, sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, et sternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Gloria al Padre e al Figlio e allo Spirito Santo. Come era nel principio e ora e sempre nei secoli dei secoli. Così sia.

Si ripete l'antifona: *I fanciulli...*

Santo Vangelo secondo Matteo

In quel tempo, quando Gesù fu vicino a Gerusalemme e giunse presso Bètfage, verso il monte degli Ulivi, mandò due dei suoi discepoli dicendo loro: «Andate nel villaggio che vi sta di fronte: subito troverete un'asina legata e con essa un puledro. Scioglieteli e condúceteli a me. Se qualcuno poi vi dirà qualche cosa, risponderete: Il Signore ne ha bisogno, ma li rimanderà subito». Ora questo avvenne perché si adempisse ciò che era stato annunziato dal profeta: Dite alla figlia di Sion: Ecco, il tuo re viene a te mite, seduto su un'asina, con un puledro figlio di bestia da soma. I discepoli andarono e fecero quello che aveva ordinato loro Gesù: condussero l'asina e il puledro, misero su di essi i mantelli ed egli vi si pose a sedere. La folla numerosissima stese i suoi mantelli sulla strada mentre altri tagliavano rami dagli alberi e li stendevano sulla via. La folla che andava innanzi e quella che veniva dietro, gridava: «Osanna al figlio di Davide! Benedetto colui che viene nel nome del Signore».

Crucifigatur. C. Ait illis præses: S. Quid enim mali fecit? C. At illi magis clamabant, dicentes: S. Crucifigatur. C. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: S. Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos vidèritis. C. Et respondens universus populus, dixit: S. Sanguinis eius super nos et super filios nostros. C. Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem: et exuèntes eum, chlamydem coccineam circumdèrunt ei: et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, et arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: S. Ave, Rex Iudæorum. C. Et expuèntes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde et induerunt eum vestimentis eius, et duxerunt eum, ut crucifigerent. Exeuntes autem, invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est calvariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem cruci-

due volete che vi rilasci?». C. Quelli risposero: S. «Barabba!». C. Disse loro Pilato: S. «Che farò dunque di Gesù chiamato il Cristo?». C. Tutti gli risposero: S. «Sia crocifisso!». C. Ed egli aggiunse: S. «Ma che male ha fatto?». C. Essi allora urlarono: S. «Sia crocifisso!». C. Pilato, visto che non otteneva nulla, anzi che il tumulto cresceva sempre più, presa dell'acqua, si lavò le mani davanti alla folla e disse: S. «Non sono responsabile di questo sangue; vedetevela voi!». C. E tutto il popolo rispose: S. «Il suo sangue ricada sopra di noi e sopra i nostri figli!». C. Allora rilasciò loro Barabba e, dopo aver fatto flagellare Gesù, lo consegnò ai soldati perché fosse crocifisso. Allora i soldati del governatore condussero Gesù nel pretorio e gli radunarono attorno tutta la coorte. Spogliatolo, gli misero addosso un manto scarlatto e, intrecciata una corona di spine, gliela posero sul capo, con una canna nella destra; poi mentre gli si inginocchiavano davanti, lo schernivano: S. «Salve, re dei Giudei!». C. E sputandogli addosso, gli tolsero di mano la canna e lo percuotevano sul capo. Dopo averlo così schernito, lo spogliarono del mantello, gli fecero indossare i suoi vestiti e lo portarono via per crocifiggerlo. Mentre uscivano, incontrarono un uomo di Cirène, chiamato Simone, e lo costrinsero a prender su la croce di lui. Giunti a un luogo

Et accepérunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiavérunt a filiis Israël: et dedérunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum præses, dicens: **S.** Tu es rex Iudæorum? **C.** Dicit illi Iesus: ✠ Tu dicis. **C.** Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: **S.** Non audis, quanta adversum te dicunt testimonia? **C.** Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut mirarètur præses vehementer. Per diem autem sollemnem consueverat præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: **S.** Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? **C.** Sciébat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: **S.** Nihil tibi et iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. **C.** Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis, ut peterent Barabbam, Iesum vero perderent. Respondens autem præses, ait illis: **S.** Quem vultis vobis de duobus dimitti? **C.** At illi dixerunt: **S.** Barabbam. **C.** Dicit illis Pilatus: **S.** Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? **C.** Dicunt omnes: **S.**

denominato "Campo di sangue" fino al giorno d'oggi. Allora si adempì quanto era stato detto dal profeta Geremia: "E presero trenta denari d'argento, il prezzo del venduto, che i figli di Israele avevano mercanteggiato, e li diedero per il campo del vasaio, come mi aveva ordinato il Signore". Gesù intanto comparve davanti al governatore, e il governatore l'interrogò dicendo: **S.** «Sei tu il re dei Giudei?». **C.** Gesù rispose ✠ «Tu lo dici». **C.** E mentre lo accusavano i sommi sacerdoti e gli anziani, non rispondeva nulla. Allora Pilato gli disse: **S.** «Non senti quante cose attestano contro di te?». **C.** Ma Gesù non gli rispose neanche una parola, con grande meraviglia del governatore. Il governatore era solito, per ciascuna festa di Pasqua, rilasciare al popolo un prigioniero, a loro scelta. Avevano in quel tempo un prigioniero famoso, detto Barabba. Mentre quindi si trovavano riuniti, Pilato disse loro: **S.** «Chi volete che vi rilasci: Barabba o Gesù chiamato il Cristo?». **C.** Sapeva bene infatti che glielo avevano consegnato per invidia. Mentre egli sedeva in tribunale, sua moglie gli mandò a dire: **S.** «Non avere a che fare con quel giusto; perché oggi fui molto turbata in sogno, per causa sua». **C.** Ma i sommi sacerdoti e gli anziani persuasero la folla a richiedere Barabba e a far morire Gesù. Allora il governatore domandò: **S.** «Chi dei

De processione cum ramis benedictis

✠. Procedamus in pace.
✠. In nomine Christi. Amen.

I Antiphona

Occurrunt turbæ * cum floribus et palmis Redemptori obviam: et victori triumphanti digna dant obsequia: Filium Dei ore gentes predicant: et in laudem Christi voces tonant per nubila: «Hosanna!».

II Antiphona

Cum Angelis et pueris * fideles inveniamur, triumphatori mortis clamantes: «Hosanna in excelsis!».

III Antiphona

Turba multa, * quæ convenerat ad diem festum, clamabat Domino: «Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis!».

IV Antiphona (Luc. 19, 37-38)

Cœperunt omnes turbæ * descendentium gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: «Benedictus qui venit Rex in nomine Domini; pax in terra, et gloria in excelsis».

✠. Procediamo in pace.
✠. Nel Nome di Cristo. Così sia.

I Antifona

Le turbe con fiori e palme vanno incontro la Redentore e rendono degno omaggio al vincitore trionfante; le nazioni Lo acclamano Figlio di Dio e in lode di Cristo risuonano fin nelle nubi le acclamazioni: «Osanna!».

II Antifona

Con gli Angeli e con i fanciulli siamo fedeli nel cantare al trionfatore della morte: «Osanna nel più alto dei cieli!».

III Antifona

La grande folla venuta alla festa acclamava al Signore: «Benedetto Colui che viene nel nome del Signore: Osanna nel più alto dei cieli!».

IV Antifona

La folla giubilante cominciò a lodare Dio a gran voce per tutti i prodigi veduti ed esclamava: «Benedetto Colui che viene come Re nel nome del Signore! Pace in terra e gloria nel più alto dei cieli».

Hymnus ad Christum Regem

Gloria, laus et honor tibi sit, Rex Christe Redemptor: Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

Repetitur: *Gloria, laus...*

Israël es tu Rex, Davidis et inclita proles, Nomine qui in Domini, Rex benedicte, venis.

Gloria, laus ...

Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis, et mortalis homo, et cuncta creata simul.

Gloria, laus...

Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit; Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi.

Gloria, laus...

Hi tibi passuro solvebant munia laudis; Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

Gloria, laus...

Hi placuere tibi, placeat devotio nostra: Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

Gloria, laus...

V Antiphona

Omnes collaudant nomen tuum, et dicunt: «Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis».

Gloria, lode ed onore a Te, o Cristo Re, Redentore, a cui l'infanzia cantò piamente: Osanna!

Si ripete: *Gloria, lode...*

Tu sei il Re d'Israele, l'inclito Figlio di Davide, o Re benedetto che vieni nel nome del Signore.

Gloria, lode...

Tutte le schiere angeliche Ti lodano nell'alto dei Cieli, e insieme Ti loda l'uomo mortale e con lui tutte le creature.

Gloria, lode...

Il popolo ebreo Ti venne incontro con palme: con preghiere, voti e cantici, eccoci dinnanzi a Te.

Gloria, lode...

A Te che andavi a immolarti resero omaggio di lode: noi a Te che regni, ecco, innalziamo il canto.

Gloria, lode...

Essi ti piacquero: ti piaccia anche la nostra devozione, o Re buono, o Re clemente, a cui piace tutto ciò che è buono.

Gloria, lode...

V Antifona

Tutti lodano il Tuo nome dicendo: «Benedetto Colui che viene nel nome del Signore! Osanna nel più alto dei cieli!».

Iesu Nazareno. C. Et iterum negavit cum iuramento: Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt, qui stabant, et dixerunt Petro: S. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. C. Tunc coepit detestari et iurare, quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Iesum, ut eum morti traderent. Et vincunt adduxerunt eum, et traditur Pontio Pilato praesidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, paenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus dicens: S. Peccavi, tradens sanguinem iustum. C. At illi dixerunt: S. Quid ad nos? Tu vidéris. C. Et proiectis argenteis in templo, recessit: et abiens, laqueo se suspendit. Princeps autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: S. Non licet eos mittere in carbonam: quia pretium sanguinis est. C. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem:

dire». C. Mentre usciva verso l'atrio, lo vide un'altra serva e disse ai presenti: S. «Costui era con Gesù, il Nazareno». C. Ma egli negò di nuovo giurando: S. «Non conosco quell'uomo». C. Dopo un poco, i presenti gli si accostarono e dissero a Pietro: S. «Certo anche tu sei di quelli; la tua parlata ti tradisce!». C. Allora egli cominciò a imprecare e a giurare: S. «Non conosco quell'uomo!». C. E subito un gallo cantò. E Pietro si ricordò delle parole dette da Gesù: "Prima che il gallo canti, mi rinnegherai tre volte". E uscito all'aperto, pianse amaramente. Venuto il mattino, tutti i sommi sacerdoti e gli anziani del popolo tennero consiglio contro Gesù, per farlo morire. Poi, messo solo in catene, lo condussero e consegnarono al governatore Pilato. Allora Giuda, il traditore, vedendo che Gesù era stato condannato, si pentì e riportò le trenta monete d'argento ai sommi sacerdoti e agli anziani dicendo: S. «Ho peccato, perché ho tradito sangue innocente». C. Ma quelli dissero: S. «Che ci riguarda? Veditela tu!». C. Ed egli, gettate le monete d'argento nel tempio, si allontanò e andò ad impiccarsi. Ma i sommi sacerdoti, raccolto quel denaro, dissero: S. «Non è lecito metterlo nel tesoro, perché è prezzo di sangue». C. E tenuto consiglio, comprarono con esso il Campo del vasaio per la sepoltura degli stranieri. Perciò quel campo fu

quærèbant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent: et non invenèrunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venèrunt duo falsi testes et dixerunt: **S.** Hic dixit: Possum destrùere templum Dei, et post triduum reàdificare illud. **C.** Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: **S.** Nihil respondes de ea, quæ isti adversum te testificantur? **C.** Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: **S.** Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Filius Dei. **C.** Dicit illi Iesus: ✠ Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, amodo vidèbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cæli. **C.** Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta suam dicens: **S.** Blasphemavit: quid adhuc egèmus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis vidètur? **C.** At illi respondententes dixerunt: **S.** Reus est mortis. **C.** Tunc expuerunt in faciem eius, et colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: **S.** Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit? **C.** Petrus vero sedebat foris in atrio: et accessit ad eum una ancilla, dicens: **S.** Et tu cum Iesu Galilæo eras. **C.** At ille negavit coram omnibus, dicens: **S.** Nescio, quid dicis. **C.** Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, et ait his, qui erant ibi: **S.** Et hic erat cum

tra i servi, per vedere la conclusione. I sommi sacerdoti e tutto il sinedrio cercavano qualche falsa testimonianza contro Gesù, per condannarlo a morte; ma non riuscirono a trovarne alcuna, pur essendosi fatti avanti molti falsi testimoni. Finalmente se ne presentarono due, che affermarono: **S.** «Costui ha dichiarato: Posso distruggere il tempio di Dio e ricostruirlo in tre giorni». **C.** Alzatosi il sommo sacerdote gli disse: **S.** «Non rispondi nulla? Che cosa testimoniano costoro contro di te?». **C.** Ma Gesù taceva. Allora il sommo sacerdote gli disse: **S.** «Ti scongiuro, per il Dio vivente, perché ci dica se tu sei il Cristo, il Figlio di Dio». **C.** gli rispose Gesù: ✠ «Tu l'hai detto, anzi io vi dico: d'ora innanzi vedrete il Figlio dell'uomo seduto alla destra di Dio, e venire sulle nubi del cielo». **C.** Allora il sommo sacerdote si stracciò le vesti dicendo: **S.** «Ha bestemmiato! Perché abbiamo ancora bisogno di testimoni? Ecco, ora avete udito la bestemmia; che ve ne pare?». **C.** E quelli risposero: **S.** «È reo di morte!». **C.** Allora gli sputarono in faccia e lo schiaffeggiarono; altri lo bastonavano, dicendo: **S.** «Indovina, Cristo! Chi è che ti ha percosso?». **C.** Pietro intanto se ne stava seduto fuori, nel cortile. Una serva gli si avvicinò e disse: **S.** «Anche tu eri con Gesù, il Galileo!». **C.** Ed egli negò davanti a tutti: **S.** «Non capisco che cosa tu voglia

Psalmus 147

Lauda, Ierusalem, Dominum, * lauda Deum tuum, Sion,

Quod firmavit seras portarum tuarum, * benedixit filiis tuis in te.

Composuit fines tuos in pace, * medulla tritici satiat te.

Emittit eloquium suum in terram, * velociter currit verbum eius.

Dat nivem sicut lanam, * pruinam sicut cinerem spargit.

Proicit glaciem suam ut frustula panis; * coram frigore eius aquæ rigescunt.

Emittit verbum suum et liquefacit eas; * flare iubet ventum suum et fluunt aquæ.

Annuntiavit verbum suum Iacob, * statuta et præcepta sua Israël.

Non fecit ita ulli nationi: * præcepta sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

Et repetitur antiphona:

Omnes collaudant nomen tuum, et dicunt: «Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis».

VI Antiphona

Fulgentibus palmis prosternimur advenienti Domino: huic omnes occurramus cum hymnis et canticis, glorificantes et dicentes: «Benedictus Dominus».

Salmo

Loda, o Gerusalemme, il Signore; loda il tuo Dio, o Sion.

Perché ha rafforzato la chiusura delle tue porte, dentro di te ha benedetto i tuoi figli.

In pace ha ricomposto i tuoi confini, con fior di frumento ti nutre.

Effonde sulla terra i suoi detti, corre veloce la sua parola.

Fa cadere la neve come lana, sparge la brina come cenere.

Come briciole di pane getta il suo ghiaccio; al suo freddo le acque si gelano.

Emette la sua parola e le fa squagliare; al suo vento comanda di soffiare e scorrono le acque.

Fece note le sue parole a Giacobbe, le leggi e i suoi precetti a Israele.

Non ha fatto così ad altro popolo: non ha manifestato loro i suoi precetti.

Gloria al Padre e al Figlio e allo Spirito Santo.

Come era nel principio e ora è sempre nei secoli dei secoli. Così sia.

Si ripete l'antifona:

Tutti lodano il Tuo nome dicendo: «Benedetto Colui che viene nel nome del Signore! Osanna nel più alto dei cieli!».

VI Antifona

Con palme fulgenti ci prostriamo davanti al Signore che viene; andiamogli tutti incontro con inni e cantici glorificandolo e dicendo: «Benedetto il Signore».

VII Antiphona

Ave, Rex noster, Fili David, Redemptor mundi, quem prophetæ prædixerunt Salvatorem domui Israël esse venturum. Te enim ad salutarem victimam Pater misit in mundum, quem exspectabant omnes sancti ab origine mundi, et nunc: «Hosanna Filio David Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis».

VIII Antiphona

Ingrediente Domino in sanctam civitatem, Hebræorum pueri resurrectionem Vitæ pronuntiantes, Cum ramis palmarum: «Hosanna, clamabant, in excelsis». Cum audisset populus, quod Iesus veniret Ierosolymam, exierunt obviam ei Cum ramis palmarum: «Hosanna, clamabant, in excelsis».

Oratio

Domine Iesu Christe, Rex ac Redemptor noster, in cuius honorem, hos ramos gestantes, solemnes laudes decantavimus: concede propitius; ut, quocumque hi rami deportati fuerint, ibi tuæ benedictionis gratia descendat, et, quavis dæmonum iniquitate vel illusionem profligata, dextera tua protegat, quos redemit: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

VII Antifona

Ave, o nostro Re, Figlio di Davide, Redentore del mondo, che i profeti predissero futuro Salvatore d'Israele. Il Padre ti mandò infatti nel mondo come vittima di salvezza, Tu, che i santi tutti aspettavano fin dall'origine del mondo, ed ora: «Osanna al Figlio di Davide! Benedetto Colui che viene nel nome del Signore! Osanna nel più alto dei cieli!».

VIII Antifona

Mentre il Signore entrava nella città santa, i fanciulli ebrei, preannunciando la risurrezione della Vita, e agitando rami di palma, gridavano: «Osanna nel più alto dei cieli!». Il popolo, sentendo che Gesù veniva a Gerusalemme, gli uscì incontro e agitando rami di palma gridava: «Osanna nel più alto dei cieli!».

Orazione

Signore Gesù Cristo, nostro Re e Redentore, ad onore del quale, portando questi rami, abbiamo cantato solenni lodi, concedici propizio che dovunque questi rami saranno recati, ivi discenda la grazia della tua benedizione e messa in fuga ogni iniquità o illusione diabolica, la tua destra protegga coloro che Tu hai redenti. Tu che vivi e regni nei secoli dei secoli. Così sia.

cumque osculatus fùero, ipse est, tenete eum. C. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: S. Ave, Rabbi. C. Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: ✠ Amice, ad quid venisti? C. Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt eum. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, et percutiens servum principis sacerdotum, amputavit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: ✠ Convertite gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acciperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? C. In illa hora dixit Iesus turbis: ✠ Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me tenuistis. C. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham, principem sacerdotum, ubi scribæ et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem sacerdotum et omne concilium

lo. Il traditore aveva dato loro questo segnale dicendo: S. «Quello che bacerò, è lui; arrestatelo!». C. E subito si avvicinò a Gesù e disse: S. «Salve, Rabbi!». C. E lo baciò. E Gesù gli disse: ✠ «Amico, per questo sei qui!». C. Allora si fecero avanti e misero le mani addosso a Gesù e lo arrestarono. Ed ecco, uno di quelli che erano con Gesù, messa mano alla spada, la estrasse e colpì il servo del sommo sacerdote staccandogli un orecchio. Allora Gesù gli disse: ✠ «Rimetti la spada nel fodero, perché tutti quelli che mettono mano alla spada periranno di spada. Pensi forse che io non possa pregare il Padre mio, che mi darebbe subito più di dodici legioni di Angeli? Ma come allora si adempirebbero le Scritture, secondo le quali così deve avvenire?». C. In quello stesso momento Gesù disse alla folla: ✠ «Siete usciti come contro un brigante, con spade e bastoni, per catturarmi. Ogni giorno stavo seduto nel tempio ad insegnare, e non mi avete arrestato». C. Ma tutto questo è avvenuto perché si adempissero le Scritture dei profeti. Allora tutti i discepoli, abbandonatolo, fuggirono. Or quelli che avevano arrestato Gesù, lo condussero dal sommo sacerdote Caifa, presso il quale già si erano riuniti gli scribi e gli anziani. Pietro intanto lo aveva seguito da lontano fino al palazzo del sommo sacerdote; ed entrato anche lui, si pose a sedere

xit discipulis suis: ✠ Sedete hic, donec vadam illuc et orem. C. Et assumpto Petro et duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari et mæstus esse. Tunc ait illis: ✠ Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate mecum. C. Et progressus pusillum, pròcidit in faciem suam, orans et dicens: ✠ Pater mi, si possibile est, trànseat a me calix iste: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C. Et venit ad discipulos suos, et invenit eos dormientes: et dicit Petro: ✠ Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C. Iterum secundo àbiit et oravit, dicens: ✠ Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. C. Et venit iterum, et invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis, iterum abiit et oravit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: ✠ Dormite iam et requièsците: ecce, appropinquavit hora, et Filius Homini tradetur in manus peccatorum. Sùrgite, eamus: ecce, appropinquavit qui me tradet. C. Adhuc eo loquente, ecce, Iudas, unus de duòdecim, venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tràdidit eum, dedit illis signum, dicens: S. Quem

loro: ✠ «Sedete qui, mentre io vado là a pregare». C. E presi con sé Pietro e i due figli di Zebedèò, cominciò a provare tristezza e angoscia. Disse loro: ✠ «La mia anima è triste fino alla morte; restate qui e vegliate con me». C. E avanzatosi un poco, si prostrò con la faccia a terra e pregava dicendo: ✠ «Padre mio, se è possibile, passi da me questo calice! Però non come voglio io, ma come vuoi tu!». C. Poi tornò dai discepoli e li trovò che dormivano. E disse a Pietro: ✠ «Così non siete stati capaci di vegliare un'ora sola con me? Vegliate e pregate, per non cadere in tentazione. Lo spirito è pronto, ma la carne è debole». C. E di nuovo, allontanatosi, pregava dicendo: ✠ «Padre mio, se questo calice non può passare da me senza che io lo beva, sia fatta la tua volontà». C. E tornato di nuovo trovò i suoi che dormivano, perché gli occhi loro si erano appesantiti. E lasciati, si allontanò di nuovo e pregò per la terza volta, ripetendo le stesse parole. Poi si avvicinò ai discepoli e disse loro: ✠ «Dormite ormai e riposare! Ecco, è giunta l'ora nella quale il Figlio dell'uomo sarà consegnato in mano ai peccatori. Alzatevi, andiamo; ecco, colui che mi tradisce si avvicina». C. Mentre parlava ancora, ecco arrivare Giuda, uno dei Dodici, e con lui una gran folla con spade e bastoni, mandata dai sommi sacerdoti e dagli anziani del popo-



DE MISSA

Introitus (Ps. 21, 20 et 22)

Domine, ne longe facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. Ps. 21,2. Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum. – Domine, ne longe...

Oratio

Omnipotens sempiterna Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, et crucem subire fecisti: concede propitius; ut et patientiæ ipsius habere documenta et resurrectionis consor-

Introito

Non rimanere lontano, o Signore! vieni in mio aiuto, mia unica forza! Strappami dalle fauci del leone e libera la mia povera anima dalle corna dei bufali. Sal. Dio mio, Dio mio guardami: perché mi hai abbandonato? La salvezza si allontana da me alla voce dei miei peccati – Non rimanere lontano...

Orazione

Dio onnipotente ed eterno, che per dare al genere umano il modello d'umiltà da imitare, disponesti che il nostro Salvatore si incarnasse e subisse la croce; concedi propizio che noi meritiamo di seguire gli esempi della sua passione e di parteci-

tia mereamur. Per eundem Dominum...

Lectio Epistolæ Beati Pauli Ap. ad Philippenses 2, 5-11

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum: et donavit illi nomen: (*hic genuflectitur*) ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

Graduale (Ps. 72, 24 et 1-3)

Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria assumpsisti me. *℟.* Quam bonus Israël Deus rectis corde! mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei: quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.

Tractus (Ps. 21, 2-9, 18, 19, 22, 24 et 32)

Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? *℟.*

pare alla sua resurrezione. Per lo stesso nostro Signore...

Lettura dell'epistola del Beato Paolo Ap. ai Filipesi

Fratelli: abbiate in voi gli stessi sentimenti che furono in Cristo Gesù, il quale, pur essendo di natura divina, non considerò un tesoro geloso la sua uguaglianza con Dio; ma spogliò se stesso, assumendo la condizione di servo e divenendo simile agli uomini; apparso in forma umana, umiliò se stesso facendosi obbediente fino alla morte e alla morte di croce. Per questo Dio l'ha esaltato e gli ha dato il nome che è al di sopra di ogni altro nome: (*si genuflette*) perché nel nome di Gesù ogni ginocchio si pieghi nei cieli, sulla terra e sotto terra; e ogni lingua proclami che Gesù Cristo è il Signore, a gloria di Dio Padre.

Graduale

Tu mi tieni per la destra, mi hai guidato col tuo volere, e mi hai accolto nella gloria. *℟.* Quanto è buono il Dio di Israele con chi è retto di cuore! Per poco i miei piedi non inciampavano; perché invidiavo i peccatori vedendo la prosperità degli empi.

Tratto

Dio, Dio mio, guardami: perché mi hai abbandonato? *℟.* La voce dei miei delitti allontana

Longe a salute mea verba delictorum meorum. *℟.* Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, et non ad insipientiam mihi. *℟.* Tu autem in sancto habitas, laus Israël. *℟.* In te speraverunt, et liberasti eos. *℟.* Ad te clamaverunt et salvi facti sunt: in te speraverunt, et non sunt confusi. *℟.* Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum, et abiectio plebis. *℟.* Omnes qui videbant me, aspernabantur me, locuti sunt labiis, et moverunt caput. *℟.* Speravit in Domino eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum. *℟.* Ipsi vero consideraverunt, et conspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. *℟.* Libera me de ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. *℟.* Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Iacob, magnificate eum. *℟.* Annunciabitur Domino generatio ventura: et annuntiabunt cæli iustitiam eius. *℟.* Populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Nelle Messe Solenni, il racconto della Passione è cantato da tre Diaconi oppure dal Celebrante e dai suoi ministri. Il Primo canta le parole di Cristo (✠); il secondo quelle degli altri personaggi (S.); il terzo la cronistoria (C.).

PASSIO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI SECUNDUM MATTHÆUM 26, 36-75; 27, 1-60

C. In illo tempore: venit Iesus cum discipulis suis in villam, quæ dicitur Gethstemani, et di-

da me la mia salvezza. *℟.* Dio mio, grido di giorno, e non rispondi; la notte e non c'è requie per me. *℟.* Eppure tu abiti nel santuario, gloria di Israele. *℟.* In te confidarono i nostri padri; confidarono e tu li liberasti. *℟.* A te gridarono, e furono salvati; in te confidarono, e non ebbero ad arrossire. *℟.* Ma io sono un verme, e non un uomo; lo zimbello della gente, e il rifiuto della plebe. *℟.* Tutti quelli che mi vedevano si facevano beffe di me; storcivano la bocca e scrollavano il capo. *℟.* Ha confidato nel Signore, lo liberi; lo salvi giacché gli vuole bene. *℟.* Essi mi osservarono e tennero gli occhi su di me; si spartirono le mie vesti e tirarono a sorte la mia tunica. *℟.* Salvami dalle fauci del leone; dalle corna dei bufali salva la mia debolezza. *℟.* Voi che temete il Signore, lodatelo; voi tutti glorificatelo, discendenti di Giacobbe. *℟.* Sarà chiamata col nome del Signore la generazione che verrà; e i cieli annunzieranno la sua giustizia. *℟.* Al popolo che sorgerà e che sarà opera del Signore.

PASSIONE DI NOSTRO SIGNORE GESÙ CRISTO, SECONDO MATTEO

C. In quel tempo Gesù andò con i suoi discepoli in un podere, chiamato Getsèmani, e disse